

SCRIPTA

Numéro Scripta : 3139

Auteur(s) : Jean sans Terre, Angleterre (roi)

Bénéficiaire(s) : Brémontier-Merval, Notre-Dame de Bellozanne (abbaye, abbé)

Genre d'acte : charte

Authenticité : non suspect

Datation : 1200, 7 janvier

Lieu d'émission : Lyre

Action juridique : confirmation

Langue du texte : latin

Analyse

Charte du Roi Jean, datée du 7 Janvier 1200, confirmant une charte antérieure octroyée par le Roi lorsqu'il était Comte de Mortain, et donnant en perpétuelle aumône à l'abbaye de Bellosanne vingt livres de rente à recevoir sur les tenements y dénommés situés sur le Mont de St Hélier, depuis la terre de Guillaume de Surville au nord jusqu'à la mer et depuis la terre de la Chapelle jusqu'à l'étable du Manoir. Les chanoines posséderont ces tenements avec leurs appartenances tant en terre qu'en mer, avec les hommes qui les tiennent, et avec toutes les franchises y appartenant, sans faire aucun service seculier.

Tableau de la tradition

Éditions principales

a. Société jersiaise , *Cartulaire de Jersey*, recueil de documents concernant l'histoire de l'île conservés aux archives du département de la Manche. 1er fasc., Jersey, Beresford, 1918, n° 327, p. 417-419.

Texte établi d'après a

Johannes Dei gratia Rex Anglorum, Dominus Hiberniæ, Dux Normannorum, [et] Aquitanorum, Comes Andegavorum, archiepiscopis, episcopis etca Salutem. Noverit universitas vestra nos pie divinitatis intuitu pro salute anime nostre et pro animabus antecessorum nostrorum dedisse et concessisse, et hac presenti carta nostra confirmasse Deo et abbacie Beate Marie de Belosanna et canonicis ibidem Deo servientibus viginti libras redditus in Insula nostra de Gersia in puram et perpetuam elemosinam, videlicet in hiis tenementis subscriptis. In monte Sancti Helerii a parte aquilonis a terra Willielmi de Surevilla usque ad mare et a terra capellaniæ usque ad bovenam manerii. De tenemento Grosserii viginti quatuor solidos pro tribus bovatis terre. De tenemento Rogerii Hastein quatuordecim solidos de firma, et pro camparto quindecim solidos novem denarios de tribus bovatis et dimidia. De tenemento Hugonis de Dirowaldi viginti septem solidos pro tribus bovatis terre. De tenemento Willielmi La Faitie decem et septem solidos et quatuor denarios pro duabus bovatis et una acra. De tenemento Willielmi Malmarchie sexdecim solidos tres denarios pro duabus bovatis et dimidia. De tenemento Hunfridi Laridun septem solidos pro una bovata. De tenemento Roberti de Sancta Cruce viginti duos solidos sex denarios pro duabus bovatis et dimidia. De tenemento Radulfi de Sancto Egidio decem et octo solidos pro duabus bovatis. De tenemento Rogerii filii Godefridi quadraginta solidos pro quatuor bovatis. De tenemento Hosmundensium triginta unum solidos et sex denarios pro tribus bovatis et dimidia. De tenemento Carpentarii quadraginta septem solidos pro quinque bovatis. De tenemento Malmarchie sexdecim solidos pro duabus bovatis. De tenemento Willielmi Columb viginti solidos pro duabus bovatis et dimidia. De tenemento Godfridi Crespell viginti solidos et duos denarios pro duabus bovatis et dimidia virgata terre. De tenemento Jordani Martin octo solidos pro una bovata. De tenemento Roberti

Abatfaleyse quinque solidos et sex denarios pro una bovata terre, de eadem vero bovata terre ipsius remanent nobis tres solidi et sex denarii. Item Robertus Abatfaleyse de alio tenemento quinquaginta solidos pro quinque bovatis. Volumus etiam et firmiter precipimus quod predicti canonici habeant et teneant omnia predicta tenementa cum hominibus et omnibus pertinenciis suis tam in mari quam in terra libere et quiete, integre et plenarie, bene et in pace, sicut puram et perpetuam elemosinam absque omni seculari servicio cum omnibus libertatibus et liberis consuetudinibus ad predicta tenementa et tenentes pertinentibus sicut carta nostra quam eis fecimus dum essemus comes Moretonie rationabiliter testatur Testibus Galfrido Eboracensis archiepiscopo, Willielmo Marescallo comite Penbrocensis, Rogero de Toeny, Willielmo de Stagno, Willielmo de Kantilupo. Datum per manum Simonis archidiaconi Wellensis apud Lyram septimo die Januarii anno regni nostri primo.